

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XXVI. De conscientiæ bonæ tranquilitate, ac gaudio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

secreto, qua palam? Multi famam, conscientiam pauci revertantur.

Si nobis frons nondum perit, in ruborem dabunt nos ista. Ita prisci, & à sacris Christianis alieni sapient ad virtutem, ut ad ostentationem nihil, ad conscientiam omnia censuerint referenda. Hem, miseri, nos, ab hominum iudiciis & fermunculis pendemus toti: Quid isti, & isti, & illi, ajan, de nobis dicent? in ora hominis abibimus, in fabulas mittemur, in ore & sermone omnium erimus. Quid, ô fatue, attendis famam, & negligis conscientiam? Hortatur Isaia: Requirite diligenter in libro Domini, & legite. Quid hominum ea, quid sermones & iudicia formidamus. Quisquis es? inspicere conscientia librum, ut effugias gehennas supplicium. Sapienter ac sancte dixit religiosissimus scriptor: Non est culpanda scientia, sed preferenda est semper bona conscientia, & virtuosa vita. Quia vero plures magis student scire quam bene vivere, ideo sepe errant, & pane nullum vel modicum fructum ferant. Quid multiplex notitia, quid omnigena prodest scientia, si sua reum accuset conscientia?

*Isaiae c. 34.
vers. 16.*

*Thomas de Kempis de Imit. Christi lib. 1. cap. 3.
num. 4.*

*Ambro. 20.1. Platoni offic. c. 5.
mihp. 70.*

Gyges armento regio praefectus annulum aureum, ut in fabulis est, è dito extincti hominis subducens in pastorum ceteris sic eo usus est: Cum annuli palam introrsus & ad palmam converteret, à nullo videbatur, cum ille tamen videret omnes; cum vero annulum in priorem locum reduceret, & gemmam foras verteret ab omnibus denuo cernebatur. Haec annuli beneficā opportunitate Gyges & Cadaulen Lydiæ regem interfecit, & sibi conjugem ac regnum vendicavit. Hanc è

Sancta proposita custodiunt conscientiam prava desideria collutulat. Ambro. 1.3. offic. cap. 4.

Hoc igitur cuius bona mentis homini sanctissime decretum sit: Eriamini nulli sine inferi, mors nulla, nulli diaboli, quia tamen peccatum Deo tantopere scio displicere, non patiar me unquam eò adigi, ut sciens volens vel noxiam leviorem committam. Nisi quicquid secum ira statuat, actum est de diuturnâ innocentia. Facile collutulant conscientiam prava desideria, quam non vigilansimè custodiunt sancta proposita. Ubi vero conscientia fortes, ibi nulla quies, sed turba & intemperies plurima. Mediolanensis Antistes, quem dixi, Ambrosius de iniquitate conscientiae tormento differens: Nonne, ait, hoc magis fugendum, quam mors, quam dispendium, quam inopia, quam exilium, quam debilitatis dolor?

In die judicii omnes videbunt conscientiam uniuscunque.

Sic igitur quisque apud animalium suum constantissime decernat: Eriamini hoc nequam aulam nemo resciat, nemo patiat, etiam nec corpori nec animo, nec temporis nec æternitatis ullum supplicium impendeat, quia tamen peccatum omne Deo displiceret, in æternum non faciam quod Deo displicere scio. Hujus animi homo magis veretur conscientiam quam famam; alii magis famam verentur quam conscientiam, recteque facti laudem non ex facto, sed è vulgi iudicio & sermone petunt; pleraque omnia ad ostentationem referunt. Supremo die Judicii, pandentur hi libri, & sic unus omnium, ita unius conscientiam pervidebunt omnes. Nunc igitur sua quisque conscientiae librum inspicat, ut gehennas supplicium evadat. Pura conscientia, thesaurus in orbe maximus. Nihil in vita securum solutumque est metu præter innocentiam.

CAPUT XXVI.

De Conscientiae bona tranquillitate ac gaudio.

Conscientia vis magna est in utramque partem: Ceterum nam semper ante oculos versari putent, qui peccaverunt. Hoc animi iudicium bona approbans, mala abhorrens ex religione & Dei metu oritur. Omnes illuc dicuntur vocamur ab interno isto iudice velut ad tribunal: homini formatu indelebilem hunc characterem Deus impreficit. De conscientia pulchre Tertullianus: Potest ob umbrari, ait, quia non est Deus; extinguiri non potest, quia à Deo est. Utrumque recte. Nam & nubes aliqua five aulaem ei obdicitur, affectu aut contemptu iubente; sed profrus non amovetur aut tollitur, immo ipsa aulaem tollit. Itaque bona illa semper metu vacua, immo in gaudio est: Mala autem etiam in solitudine anxia & sollicita est. Potest enim nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest. Subinde Conscientia obumbratur aliquamdiu, non extinguitur.

Nocte dieque tuum gestas in pectora resem. Improbissimi hominis est contemnere hunc testem, immo & tortorem. Urit enim, cedit, lancinat, ed gravis quia sine morte. Græcorum adagium verum: Conscientia animum verberat. Ex quidem astiduo illo & surdo verbere. Namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigilos, neque quietibus fecari potest. Ita Conscientia mente excitam vastat. Sic tamen hodie vivitur, ut multi famam, quod diximus, pauci conscientiam vereantur. Conscientia male tormentum dissertatione superiore explicavimus, Conscientia bona tranquillitatem & gaudium sequenti hac explicatur.

§. I.

Bernardus de interior domo verba faciens: Conscientia bona, inquit, templum est Salomonis, hortus deliciarum, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus & clausus, in die iudicii aperiendus. Quæ autem inter Salomonis templum & Conscientiam æquaparatio? Non modica certè. Nam malleus & securis non sunt auditæ in domo cùm adsciveret. Prodigum profrus & Architektonicum ingens miraculum, tantum ædifici molem; Reg. 4.6. tali ordine, tantæ quiete, tali silentio educi, ut nec dolabra, nec ferramentum cavatorum, nec runcina, nec comparsa audiretur. Quo quidem bona Conscientia huic templo simillima; pavor, metus, terror, cupiditatum strepitus, affectuum inmoderatorum tumultus, peccatorum rudentes mallei, iracundiae fragores, non audiuntur in eâ. Templum est, summa hinc quies & securitas est, quomodo cumque demum res cadant, feliciter, infeliciter, eti vel hasty pluar, eti terra collabescat, eti cælum ruat, bona Conscientia cælum secura, sine metu, in tuto est, in portu navigat. Hinc Bernardus liberè pronuntiat: Nihil est jucundius, nihil tutius, nihil dulius boni. Conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secura. Salomonis templum, bona Conscientia, hil el jas asylum turissimum. Neque vero, eodem Bernardo teste, ullum certius futuræ benedictionis testimonium, tuus, quam, Nil confire fibi, nullâ palefere culpâ. Nec tantum aheneus murus, quietissimum templum, securissimum asylum beatitudinis futuræ testimonium utilissimum, sed cælum est extra cælum Conscientia tranquilla. Ubi rex, ibi curia; ubi Deus, ibi cælum. Factus est in pace locus ejus. Conscientia munda, quod Bernardus assertit, habitaculum Spiritus sancti, aula Dei tam voluptrarius Deo locus, quam ipsum cælum. Hebræus vates Isaías fundatæ legatione se offerens: Ecce ego, inquit, mitte me. At contra Moles legationem obeyundam à te removens:

Bernardus de interior domo verba faciens: Conscientia bona, inquit, templum est Salomonis, hortus deliciarum, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus & clausus, in die iudicii aperiendus. Quæ autem inter Salomonis templum & Conscientiam æquaparatio? Non modica certè. Nam malleus & securis non sunt auditæ in domo cùm adsciveret. Prodigum profrus & Architektonicum ingens miraculum, tantum ædifici molem; Reg. 4.6. tali ordine, tantæ quiete, tali silentio educi, ut nec dolabra, nec ferramentum cavatorum, nec runcina, nec comparsa audiretur. Quo quidem bona Conscientia huic templo simillima; pavor, metus, terror, cupiditatum strepitus, affectuum inmoderatorum tumultus, peccatorum rudentes mallei, iracundiae fragores, non audiuntur in eâ. Templum est, summa hinc quies & securitas est, quomodo cumque demum res cadant, feliciter, infeliciter, eti vel hasty pluar, eti terra collabescat, eti cælum ruat, bona Conscientia cælum secura, sine metu, in tuto est, in portu navigat. Hinc Bernardus liberè pronuntiat: Nihil est jucundius, nihil tutius, nihil dulius boni. Conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secura. Salomonis templum, bona Conscientia, hil el jas asylum turissimum. Neque vero, eodem Bernardo teste, ullum certius futuræ benedictionis testimonium, tuus, quam, Nil confire fibi, nullâ palefere culpâ. Nec tantum aheneus murus, quietissimum templum, securissimum asylum beatitudinis futuræ testimonium utilissimum, sed cælum est extra cælum Conscientia tranquilla. Ubi rex, ibi curia; ubi Deus, ibi cælum. Factus est in pace locus ejus. Conscientia munda, quod Bernardus assertit, habitaculum Spiritus sancti, aula Dei tam voluptrarius Deo locus, quam ipsum cælum. Hebræus vates Isaías fundatæ legatione se offerens: Ecce ego, inquit, mitte me. At contra Moles legationem obeyundam à te removens:

Qub

Quis sum ego, inquit, ut vadam ad Pharaonem? Utrumque Hieronymus expendens: Propheta, inquit, non tam merito sui, quam misericordia Dei confitit postquam a Seraphim audierat: Ecce regit hoc labia tua, & abstuli iniurias tuas; otio torpore noluit, ultra in ministerium Dei, velut a peccatis liber, obrulit se zelo fidei. Sed Moses disciplinis profanis eruditus, & Agypti imperfecti conscientia taetis difficilerem legationem reformidavit. Ita Ioseph bona Conscientia confidentem reddidit & ad ardua erexit, Mosen male Conscientia sola paene suspicio timidum fecit. Iesseus David nondum diademate portus quantis a Saulo premebar calamitatibus: quanta sustinebat certanina? undique desertus, insidiis undique cinctus, vitam inopem & vagam prosecurus tot miseras subiit, tot adiit pericula, tam varios sub casus se subjecit, nihilominus in summis miseriis in extremis periculis animosissimus urtos & leones generosam manu debellavit, gigantem Philistaeum funda dejectit, totos Philistaeorum exercitus pene uno spiritu diffidavit, qui de scipo: Loquebar, inquit, de testimonio tuo in conspectu regum & non confundar. Enspud Reges & Imperatores cordatissimum veri professorem. Pura Conscientia hos illi animos suggerit. At ubi eum filius rebellis Absalon oppugnavit, quam paupilio, imbecilli, fracto que animo consternatus David: Surge, ait, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalon: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos & impellat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii. Hem, miles tam peritus & exercitatus, dux bellum strenuum & animi plenus, qui rotes in acie sterit, qui unus & solus Philistaea castra evertit, qui silice unico decem milia hostium percussit, qui in omni pericula impavidus ruit, quam animo timido, vecors, pavidus imbellem & pralidis minimè affuetum fugit juvenem, & suum quidem filium? Hos illi terrores addidit Conscientia. Adulterium & homicidium, liberi mollius educati hunc heroem ita frergerunt ac debilitarunt ut merum factus & fugam sibi suisque omnibus circumspectis dicat: Fugire, festinare. Conscientia mala timidißima; Conscientia bona est intrepida, robustissima, alacerrima.

§. II.

I Saaci filius Jacob è Mesopotamiā redux in patriam, germanum fratrem Esau cum quadringentis viris hostiis occurrentem habuit inermis cum imbelli gregi viator. Ita, Timuit Jacob valde, & perterritus divisi populum, qui secum erat. Sed & Deum anxiis precibus conveniens: Erue me, inquit, de manu fratris mei Esau, quia a valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis. Nihilominus facit historicus subiungit: Cūque dormisset ibi nocte illa. Quomodo hic dicta convenient? Timor non admittit somnum; malus dormientium custos est metus. Sed respondemus, hunc timorem non trepidantis Conscientia, sed vigilantis fuisse providentia. Providus paternus familiis Jacob sua omnia quam potuit solertissime disponuit, cetera bona Deo commisit, & ad quietem se recepit, quia eum Conscientia non accusavit. Quod Ambrofius studiofissime observans: Perterritus, inquit, à fratre concordiam dormivit in castis. Ista virtus habet quietis tranquillitatem & stabilitatem. Ideo Dominus dominum ejus perfectioribus reservavit dicens: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Perfecti runt est enim non facile mundanis moveri, non turbari metu, non exagitari suspitione, non terrore concuti, non dolore vexari, sed quasi in liture turpissimo adversum insurgentes fluctus saecularium procellarum mentem immobilem fidem statione placidare. Hoc firmamentum Christianis mentibus Christu invexit, pacem internam inveniens animis probatorum, ut non turbetur cor nostrum, neque exagitetur animus. Hanc pacem super omnem meipsum esse Apostolus doctor afferuit, dicens: Et

A pax Dei, quæ exuperat omnem mentem, custodiat cor- *Philip. c. 4.*
da vestra & sensus in Christo Jesu. *Fruitus itaque pacis vers. 7.*
est non perturbari in pectore. Denique vita iusti quiescit est,
iustus autem inquietudinis & perturbationis plenus est. Itaque
amplius suis suspitionibus affectus in spissis, quam alienis pleri-
bus, majorisque vibices vulnerum in ejus animo
sunt, quam in eorum corpore, qui ab aliis verberantur. Gran-
de est intra se aliquam tranquillum esse, & sibi convenire. Fo-
ru pax aut Imperatoris sollicita providentia, aut manu militum
queritur, aut bellorum prospero cedit eventu, aut interne-
tione aliquâ barbarorum, si in se hostilis motu arma conver-
tant. In ea pace nulla nostra virtus, sed eventus est. Certè glo-
riæ pacis illus ad Imperatorem referatur, istius pax fructus in
nobis est, que est in mentibus singulorum, que tenetur affecti-
bus. Ihesus pacis major est fructus, quo spiritualis nequitia tenta-
menta, quam quo arma hostilia repelluntur. Ita pax subli-
mior, quo corporalium passionum excludit illecebras, per-
urbationesque mitigat, quam ea qua barbaricos sedat incursus.
Plus est enim clauso intra se hosti resistere, quam remoto.

Hanc animi pacem, hanc Conscientiae tranquillita-
tem licet obtinere hac expedita & facilis ratione: Quilibet
quod potest, faciat. Ceteras omnes curas & sei-
psum totum quantum est, providentissimo Deo
quam integerrimè committat. Ita mente liberâ profluo
& tranquilla poterit dicere: Feci quod mecum partium
fuit, cetera omnia bono Deo commisi. Jam taceo &
Deum specto. Nihil me turbaverit, quicquid demum
eventus rerum futurus sit. Quid enim curis & merito-
ribus cor frustra praebeam excedendum? Feci quod po-
tui: cetera curabit Deus, omnem sollicitudinem meam
in ipsum projecio, quoniam ipse cura est de nobis. Ubi fe-
ceri quod tuum est, jam supervacaneum est angus, tre-
pidare, luctari. Tace ac quiesce. Si bona Conscientia
est, Deus reget te, & nihil tibi decribit.

Christus dimisissis turbis ingressus navim commisit se
mari. Et facta est procella magna venti, quod Marcus testa-
tur, & fluctus mittebat in navim, ita ut implerentur navis. Et
erat ipsa in puppi super cervical dormiens. Apostoli velut
jam submersi trepidabant. At vero Dominus
Iesus suaviter dormiebat, idque super cervical. Quid
hoc? Num adeò delicatus est Christus rigoris in scipium
affidius monitor? num in navi eger pulvinari? Euthy-
mius & Theophylactus lignicum fusile putant hoc cer-
vical in puppi fabricatum, velut pulpum. Sed Græca
dictio δέ τοι περισσός αλανος, pulvinar subiecti cogitan-
dum. En igitur ipsissimam bonæ Conscientiae imagi-
nem. Conscientia sceleris expers inter turbines, fluctus,

Conscientia sceleris ex-
pers inter
omnia ad-
versa est
mollissi-
mus pulvi-
nus somno
conciilan-
do apifi-
cium.
Bernard,
J. 47. in
gaudium, hinc securitas & solidissimum solatium, inter
omnes maris furias, adversa omnia.

§. III.

Quocirca non vereamur famam, ut jam monere Chrysostomus
cepimus, sed conscientiam: honestatis fructus *tomo 2. in
non infamâ, sed in conscientia reponatur; nihil ad often-
tationem, omnia ad conscientiam referantur. Quod
Chrysostomus identidem urgens: Vehementer, inquit, *6.27. Matt.
Judicia rogo atque obsecro, ut suspitionibus, & laude, ac vituperatione hominum
multorum neglegitis, diligenter inrigilemus ac faciamus, ne aliquis nobis mali consenserit. Judicia hominum, obire etiam
fuerint, non posset im-
præsum, beatitudinem futuram nec minimâ parte minuere.**

queunt

Splendor, queunt immittire. Splendor nominis, celebritas famæ, nominis præclara existimatio, honoris amplitudo, dignitatis claritas, memoria perennitas neminem nec sanctum reddunt nec beatum: hac vitrum, non margaritum, ammochrylus, non aurum fure; hæc vana & inania, hæc scarabæi umbra, hæc merissima sunt omnia, quæ ad vitæ sanctimoniam, & beatitudinem obtinendam nihil faciunt. Bona Conscientia Tranquillitatis templum, &

Isidor. Soli-
loq. lib. 2.
Aug. 10. 10.
Tempore,
mibip. 238.

reveræ cælum et vel extra cælum. *Vt*, inquit Isidorus, nunquam tristis esse? Bene rive. Verissime dixit Augustinus: Corda fidelium cælum sunt, quia in celos quotidie eriguntur. Tranquillitate conscientia nihil exagitari potest beatas & propinquius cælum voluptati. Nihil igitur ad ostentationem, omnia ad Conscientiam referenda. Hoc agit bona mentis homo, cui fixum in omni vita, transuersum unguem à rectâ Conscientiâ non discedere.

Cit. ad At-
tic. lib. 13.

Ita tres Hebræi principes, quorum abstinentiam initio proposimus, ad conscientiam omnia referentes: Hos, aijps, cibos è mensa regis non edimus; quidquid rex dicat, quidquid aula regia de nobis spargat, quidquid incommodi sequatur, his cibis conscientiam nostram non temeramus, sed nec statuam adoramus, licet ea fore altero tanto altior staturâ, & auro ditior, licet è pyropis & adamantibus meris, compacta stare, non eam adoramus, conscientiam attendimus: Ita Daniel: Nabuchodonosori, ait, & filio ejus Balthasar veritatem in os ingerò: tametsi gratia omni excidam; potior mihi conscientia, quam gratia, quam & ipsa vita. Quod sacra templi vasa temulchitæ leviant, reprehendo, et si

A voces per jugulum sint redditæ, et si caput reprehensioni huic impendendum; conscientiam specto. Deum verum venerari & quotidianis precibus invocate non cessu, et si ad leones præcipiter, conscientiam obseruo.

Ita profrus, ita nihil ad ostentationem & pompam, nihil ad vanam speciem & futilem gloriam, nihil ad Omnia inane spectaculum & ludi proscenium, ad conscientiam concionem, verò referenda sunt omnia. Mala conscientia infernus, carcer est inter ipsas voluptates: Bona conscientia in asperimâ etiam solitudine cælum est, nec eâ certius ullum futuræ beatitudinis testimonium. Hic cuiusque liber supremi iudicij die pandetur coram orbe inspectantibus universis, quidquid vel bona vel mala nocte jam inscriferis.

Pessimi doctores in politicis, qui conscientiam seponunt aut calcant, qui externam virtutum speciem nobis ingerunt, ipsas admitti negant. Sed, Vela te, quisquis es, & verte in varias formas; ubicumque vera virtus non est, virtum subsequitur, ut ex eo inquires in animo, aut timor. Quod Terrullianus dilucidè affirms: Omne Terribil. à malum, inquit, aut timore aut pudore natura perfudit. Sicut Apologia virtutum omnium, Anno telle, pretium in ipsis est. Et recte cap. 1. nulli facti merus est, fecisse. Quantò igitur melius, securius, fir. pag. 16. Sece. q. 11. mōbi. 140. mihi apertaque viâ incedere, Deo, siveque conscientia Dei vicario se probare, illudque fixissime cum animo statutum habere: Nihil opinionis, conscientie causâ faciam omnia. Populo spectante fieri credam, quidquid me conscientia facturus sum. Mille testes, sexcenti judices, Conscientia.

Finis libri Danielis.



TOBIAS